



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 14. Joannis Friderici Lummii mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

hæresis, supposito duntaxat Remondi no- Sæc. XVII.  
mine a Ludovico Richeomio Jesuita con- A. C. 1602.  
scriptam fabulentur: attamen in nullo  
Scriptorum hujus Societatis Catalogo  
hoc opus præfato Patri vindicatur, cum  
tamen hujusmodi Collectoribus, quod  
quandoque alienos libros adscripserint  
suis, non autem quod proprios suis  
Scriptoribus abjudicarint, vitio verta-  
tur. Ceterum Calvinistæ grave vulnus  
sibi ab hoc Authore inflictum non mo-  
do dicteriis, sed etiam hujus viri capti-  
vitate ac carcere ulciscebantur, a quo  
se se mille aureorum lytro redimere co-  
gebatur. Scripsit præterea librum *de Anti-*  
*christo*, necnon contra fabulam ab hæreti-  
cis male confarcinatam de Joanna Pa-  
pissa quam tam solide confutabat, ut a Ju-  
sto Lipsio æquo rerum Judice, aliisque  
magni nominis Auctoribus promeritas  
retulerit laudes. Testatur etiam Aubertus,  
quod opus suum *de ortu hæresis* moriens  
imperfectum reliquerit, illud vero Fran-  
ciscus ejus Filius ac doctrinæ hæresis  
perfecerit.

#### §. XIV.

#### *Joannis Friderici Lummii mors.*

Præfati Viri fatum sequebatur obitus *Miræus*  
Joannis Friderici, qui a Pago *Lum-* Script.  
men ditionis Leodiensis Hasselatum in- Sæc. XVII.

R 5

ter

Sæc. XVII. ter & Diesteimium sito Lummus dñs  
A.C. 1602. batur. Is inter pietatis exercitia,  
quieta Musarum otia Magistro Nicola  
Eschio liberaliter educatus anno ætati  
suæ vigesimo quinto Sacræ militiæ n  
men dedit, brevique tam præclara in  
nocentia ac doctrinæ specimina pra  
buit, ut Sacrarum Virginum, quas Li  
ginas appellant, Antverpiæ Parochi  
ac Director nominaretur. Exortis ven  
ibidem tumultibus ob Religionum dif  
dia Leodium secessit, ubi aliquot annos  
moratus est: reddita autem pace, u  
que Antverpia a Catholicis recuperata  
ad pristinum munus rediit, quo etiam  
non sine ingenti nominis sui laude,  
copioso animarum proventu functus e  
usque ad supremum vitæ suæ diem  
Obiit autem Vir sanctus, paupertati  
amans, semperque annos æternos nec  
non horrendum judicii diem in mente  
habens anno ætatis suæ sexagesimo no  
no, in præfatarum Virginum Templo  
sepultus. Posteris reliquit de extremo  
*Dei judicio & Judæorum vocatione* libri  
duos Antverpiæ & Venetiis editos  
præter *Thesaurum Christiani hominis* ex  
*D. Augustini Scriptis erutum*, ac Plant  
nianis literis Antverpiæ anno Domini  
millesimo quingentesimo octogesimo  
octavo excusum. Scripsit etiam Ap  
logeticum adversus eos, qui Viros Eccles  
siaflor

siaſticos hæreditate privant: Plura alia in- Sæc. XVII.  
genii ſui monumenta recenſet Valerius A. C. 1602.

### §. XV.

#### *Antonius Covarruvias morte sublatus.*

Non minus celebrem ſeſe reddebat *Schottus* &  
Antonius Covarruvias patria To- *Antonius*  
letanus, qui adoleſcens ingenio & in- *Bibl. Script.*  
dustria valens, ſine Magistro Græ- *Hisp. Mi-*  
cas literas tanto tamque celeri profeſtu *ræus l. c.*  
didicit, ut Hispania ſuo ævo nullum in  
his literis magis versatum numeraret:  
Sacratioribus poſtea diſciplinis addictus  
præprimis Jurisprudentiæ tam Sacræ  
quam profanæ vacabat, illamque pri-  
ma Doctoratus laurea decoratus Sal-  
manticæ publice per plures annos tra-  
debat, non ſine ingenti Auditorum ap-  
plaufu ac proventu. Instante autem  
Synodo Tridentina a Philippo II. Rege  
Catholico ad eandem ſedente Paulo IV.  
unacum Fratre ſuo Didaco Epifcopo  
Civitatensi decernebatur, inde vero re-  
dux in concinnandis *variarum Resolutio-*  
*num* libris egregiam eidem Fratri ſuo  
operam impenderat, crescente autem  
nominis ſui fama Regius intimi Castel-  
lani Confili Senator renuntiatus ob emi-  
nentem doctrinam cum rara memoriae  
felicitate coniunctam inſtar omnium u-  
nus erat Regi, abſdubio ad altiores e-  
tiam